

Iohannes per suas antedictas^{z)} sententias excessit formam et potestatem pape traditam, quia ius imperii et potestatem in temporalibus sibi usurpare conatus est contra sacrorum canonum constituta, ergo huiusmodi sententie fuerunt et sunt nulle et nullatenus observande. Et hic est^{z')} unus^{a)} de casibus expressis, in quibus excommunicationis sententia non^{b)} est aliquatenus^{c)} timenda nec servanda^{b)}).

Secunda ratio sic sumitur. Certum est^{d)} de iure, quod, ubi^{e)} error expressus est in sententia vel mandato presidentis — puta quia precipit, quod non obediatur suo superiori vel precipit aliquid^{g)} contra Deum vel contra sacram Scripturam —, talis sententia ipso^{h)} iure nullius est momenti nec est timenda nec aliquatenus^{h)} observanda, ut probatur per illudⁱ⁾, quod legitur^{k)} ex. *De*^{l)} *sententia*^{l)} *excommunicationis*, c. *Venerabilibus*^{m)} 55) iuxta finem libro VI^o et XI.ⁿ⁾ q. III. c. *Si is qui preest*ⁿ⁾ cum duobus c. sequentibus⁵⁶⁾. Et idem est, ubicumque^{o)} sententia est ipso iure nulla, ut probatur aperte per illud^{p)}, quod legitur et notatur ex. *De sententia excommunicationis*, c. *Per tuas*⁵⁷⁾ et ex. *De procuratoribus*, c. *In nostra presentia* in fine⁵⁸⁾ et ex. *De crimine falsi*, c. *Super eo*⁵⁹⁾ et^{q)} ex. *De sententia et re iudicata*, c. I.⁶⁰⁾. — Sed^{r)} manifestum est, quod dictus Iohannes in dictis suis^{s)} processibus et sententiis expressit, quod non obediatur nobis, cui omnes imperio subiecti obedire^{t)} et reverentiam exhibere secundum divina et humana iura sunt astricti, et quod^{u)} hoc^{v)} fecit volendo sibi ius imperii et potestatem omnimodam

y) *fehlt* NpNv

z) dictas NpNv

z') *fehlt* Nv

a) *folgt* casus V

b) non — servanda] est nullatenus observanda nec timenda NpNv

c) aliquantuliter G

d) *fehlt* Nv

e) ibi V

g) *hinter* Deum NpNv

h) ipso — aliquatenus] nulla immo est nullius momenti nec timenda nec aliquantuliter G

i) id KG

k) habetur V

l) *fehlt* V

m) honorabilibus V

n) XI. — preest] II. q. IV. c. Si quis presbyter G

o) ubique NpNv

p) id KG

q) *fehlt* G

r) hic V

s) *fehlt* V

t) obedientiam E

u) per V; *fehlt* G

v) hec G

54) X 2. 28. 7.

55) VI^o 5. 11. 7.

56) C. 11 q. 3 c. 101—103.

57) X 5. 39. 40.

58) X 1. 38. 4.

59) X 5. 20. 2.